

Deodatus p' in Asturibus  
duro. anno. 792.

concilio oblita multitudo paternæ ferocitatis: & in feliciis urfi ducis exitus  
ducem creant deodatum filium. Isque primus in Metamauco ducatum  
accepit: haud multo tamen feliciori ab urfi genitoris euentu. Apud lango-  
bardos interea regnum suscipit Astulphus uir impiger & armis præstans  
opera maxime Zachariæ pontificis quem Astulphus multis pollicitationi-  
bus demulserat: ut Rachisium fratrem fortis quidem sed mitioris ingenii:  
ad cedendum sibi regnum hortaretur. Ipse si regnum obtineat magna pon-  
tifici Româisq; pollicitus. Moritur paulopost Zacharias inq; eius locum  
Gregorius quartus sufficitur. Eum Astulphus iterum multis precibus p-  
missisq; demulcet. Nouam cum eo pacem fœdusq; constituit in annos. xl.  
solenni pactorum forma astipulata. Atq; adhibito iure iurando: quicquid  
secundum ea conuenissent re ipsa comprobaturum. Sed nulla sunt ingenia  
falli magis idonea q̄ bonorum. Vixdum enim peracto fœdere Astulphus i-  
genium perdidit uafum atq; fallax. Vexare ecclesiam adoritur supra cete-  
ros ante se reges. Habita siquidem erat a plerisq; superiorum aliqua dei &  
honoris ecclesiæ ratio. Temperauerunt fere omnes ab urbe Roma. Et si quã-  
do illi detrimentum inferrent: uideri malebant ob uindictã q̄ ultro ob odi-  
um fecisse. Is omni pudore & humane fidei sensu reiecto: ante exactum ter-  
tium pactorum mensem Romanarum partium urbes inuadit. Agros di-  
ripit uastatq;. Nec prius conuiescit q̄ Rauennam & plerasq; illi adiacen-  
tes urbes in suam redigat posteatem. Admiratus pontifex per nuntios que-  
ritur. Hæcine promissa conuentaq;: Ceterum nunq̄ uerba desunt cupien-  
ti fallere. Quos interea ludos pontifici dederit: tum promissis: tum minis:  
Quantis muneribus pontifex eum demulcere conatus sit: scribere non est  
neceffe. Neq; enim id agimus: mala maiora instant. Mittere primum pon-  
tifex decreuit paulum fratrem Constantinopolim ad imperatores patrem  
filiumq; opem imploratu afflicti ecclesiæ & italiæ rebus: celeri auxilio opus  
esse. Siquidem ecclesiam Romanam & totius italiæ statum ad eas rerum  
omnium difficultates redactum: ut nisi primo quoq; tempore firma mittã-  
tur auxilia: opem a quauis gente imploraturos. Haud dubie pipinũ & Frã-  
cos significans: Dum igitur Gregorius legatum mittit: Defunctus erat leo  
& acceperat solus paternum imperium Constantinus: Leone patre trucu-  
lencior. Hic cabalinus ochopronymos dictus est. Addidit ad paternam im-  
pietatem ut maleficiis adiectus demonum responsa cruentis consuleret sa-  
crificiis: In delendis quoq; imaginibus cum paulus applicuit: pseuerabat.  
Et quoscunq; edicto rebelles inueniret suppliciis afficiebat crudelissimis.  
Stephanum celeberrimæ sanctitatis uirum: edicto non parentem: quinim-  
mo & apud populum: & apud Imperatorem impietatem edicti magna cū  
libertate damnantem: crudelissime occidi iussit. Penas tamen tanti sceleris  
uindex deus paulo post repetiit. Nam cum Bulgaris bellum moturus na-